

ducha et consiliarij Crete facere et fieri facere ipsi patrono cedulas secundum
 usum de illis rebus et denarijs qui expendentur et oportebunt pro dicto arse-
 natu. Et teneatur etiam dictum regimen Candide dare eidem patrono unum nota- 25
 rium bonum et sufficientem, qui etiam scribat in uno alio quaterno omnes racio-
 nes suprascriptas et expensas, ita quod etiam per ipsum quaternum etiam clare
 possint uideri dicte rationes dando eidem notario illud salarium quod uidebitur
 dicto regimini cum aduantagio nostri communis, et teneatur dictus patronus
 ostendere dictis duche consiliarijs et capitaneo Crete uel ad quos uel ad quem 30
 eorum spectabunt uideri ipse rationes, omnes rationes et expensas dicti arsenatus
 et portus, et in omnibus sit ipse patronus ad obedienciam dictorum duche con-
 siliariorum et capitanei Crete. Et nichilominus dictus patronus teneatur portare
 secum quando ueniet Venetias quaternum, omnium dictarum rationum arsenatus
 et portus ita quod de hinc clare uideri possint per officiales rationum Venetiarum. 35

45

Φο159^r Χάριν οἰκονομιῶν διατάσσονται ὁ δούξ οἱ σύμβουλοι καὶ ὁ καπετάνος νὰ ἀναθέσῃ εἰς τινὰς τῶν
 ὀφφικιούχων, ἐκ τῶν ἀποσταλέντων ἐκ Βενετίας τὴν τήρησιν τῶν λογαριασμῶν τῶν δαπανῶν τοῦ
 λιμένος, εἰς τρόπον ὥστε νὰ εἶναι εὐκολος ὁ ἔλεγχος αὐτῶν. Ὡς πρὸς τὸν ναύσταθμον δὲν παρί-
 σταται ἀνάγκη ἄλλων, διότι ἐδόθησαν διαταγαὶ εἰς τὸν ἐκ Βενετίας ἀποσταλέντα ἀμμιράλιον.
 1375, Φεβρουαρίου 15.

46

Περὶ ἐλέγχου τῶν ἐμπόρων τῶν μεταβαινόντων εἰς Κρήτην. 1375, Φεβρουαρίου 15.

Φο163^{to} Millesimo trecentesimo LXXIII, die XV Februarij. 1
 Capta. Cum mercatores conuersantes in partibus Crete conquerantur quod
 non expediuntur deinde quando uolunt bulletas suas quia oportet quod acci-
 piant quatuor bullas uidelicet a ducha capitaneo camerarijs et comerclarijs et
 aliquando inueniunt unum ex ipsis et postea quando expectent non possunt inue- 5
 nire alios ita quod remanent impediti. Et utile sit prouidere quod dicti merca-
 tores habeant liberam et expeditam expedicionem dummodo non sit in preiudi-
 tium commerclorum et introituum nostri communis; uadit pars quod scribatur
 duche consiliarijs et capitaneo Crete quatenus ordinare debeant, quod mercatores
 conuersantes in partibus Crete deinceps expediantur cum bulleta et bulla sola 10
 comerclariorum et non aliena. Uerum si ducha consiliarij capitaneus et camerarij
 predicti haberent aliqua agere cum aliquibus mercatoribus qui uellent habere
 bulletas suas, tunc in dicto casu comerclarij supradicti non debeant facere bulle-
 tas illis mercatoribus siue notificatum fuerit per supradictos ducham, consiliarios,
 capitaneum et camerarios secundum licentia eorumdem. 15

